regulam S. Siricii, *Monachos, quos tamen morum gravitas, ac vitæ, & fidei institutio sancta commendat, Clericorum officiis aggregari, & optamus, & volumus.* Absit, ut quæstuariorum Mystarum ordinandorum in claustris indiscretior locus sit. *c. 29. XVI. q. 1.* En purissimam formam regularis regiminis. Abbas sit Magister ad instructionem imperitiorum, Superior ad correccionem dyscolorum, Confrater ad conservationem Religiosorum, Minister ad dispensationem communium bonorum. Inquit S. Bernardus (*a*): *Neque enim, quia Prælati Monachis, ideo non Monachi: nempe Monachum facit professio*, æqualis æquales, *Prælatum necessitas* instructionis, & correctionis regularis. Quid à tam diversis relationibus regularis regiminis alienius (*b*), quam quisque typhus vel dominationis, vel ambitionis? In Germania Congregatio Bursfeldensis Abbatum Benedictinorum, reformationis causa, usum, & privilegium Pontificalium ejuravit. Ait S. Bernardus. *Dicite pauperes, si tamen pauperes, in sancto quid facit aurum? Et quidem alia causa est Monachorum, alia Episcoporum — Nos vero qui jam de populo exivimus, qui mundi quæque pretiosa, ac speciosa pro Christo reliquimus, qui omnia pulchre lucentia, canore mulcentia, suaveolentia, dulce sapientia, tactu placentia, cuncta denique corporea oblectamenta arbitrati sumus ut stercora, ut Christum lucrifaciamus, quorum, quæso; in his devotionem excitare intendimus? Quem, inquam, ex his fructum requirimus? stultorum admirationem, an simplicium oblectationem? An, quoniam commixti sumus inter gentes, forte didicimus opera eorum, & servimus adhuc sculptilibus eorum?* Ajebat olim ea occasione Ratherius Episcopus Veronensis: *Sicut enim Monacho* pio, & docto, *nihil sanctius, ita nihil hypocrita est sceleratius.*

(*a*) S. Bern. supr. (*b*) Apol. ad Guilliel. Abb. cap. 11.

IN-

INDEX.

A

Abbates propria gaudent jurisdictione. 304. Episcopis subjecti. 410. illorum electio libera. 412. & seq. exempti quoad quænam. ib. proclivitas quoad exemptiones. 416. & seq. licet tales manent Monachi. ib. nimium insolescunt. ib.

Absolutio à censuris quando datur. 405. quantum ad eam habetur distinctio inter censuras ferendæ, & latæ sententiæ. ib. à quibus dari potest. ib. & seq. à reservatis Papæ hic solus absolvere potest, nisi quis specialem licentiam habuerit. 407. de irregularitatibus quisnam illam dat. ib. excommunicati quomodo eam petere possunt. 408. quoad *cautelam* quænam. ib. sit libera. ib. eam non petens de hæresi suspectus. ib.

Acceptio Personarum vitetur in provisione beneficiorum. 159. quomodo definitur. ib. quando committitur. ib. quantum crimen. 163. & seq.

Accusatio qualis olim admittebatur. 342. & seq. & instituebatur. 343. qualis nunc. ib.

Accusatus citari, capi, & carceri tradi potest. 345. quando examinandus. 348. ubi judicetur. 358.

Adulterium quomodo olim punitum. 292. & nunc. ib. & seq. an circa illud differentia in muliere & viro. 293. turpis est quæstus ex eo factus. 294.

Advocati Ecclesiarum: eorum origo. 76. officium. 77. circa eos corruptelæ. ib. eos eligere relinquitur Ecclesiis. 78. nunc sunt ipsimet Principes. ib.

Advocati in Judicis: eorum officium. 314. dotes in iis requisitæ. ib. numerus augetur nimium. 315. non sint Clerici. ib. differunt à Procuratoribus. 316.

Alienatio bonorum ecclesiasticorum quibusnam olim licita. 206. interdicta. ib. quid sub ea comprehenditur. 208. quibusnam ex causis, & solemnitatibus fieri potest. ib. & seq. à quibus hæ causæ adprobari debent. ib. fieri nequit sine Episcopi, aut omnino Papæ consensu. 209. aut non consentiente Principe, & Patrono. 210. tria ad eam requiruntur. ib. quænam suspecta. 211. si per eam læditur Ecclesia, est annullanda. ib.

Altare: illud inter, & Ecclesiam olim distinctio. 189. quid istud complecti putabatur. ib. ejus redemptio quid sit. ib.

Am-

Ambitus: de hoc crimine lex Julia. 359. & seq.

Angaria quid olim erant. 198.

Annatæ: unde nomen. 69. quid, & quotuplicis generis sunt. ib. quando ortæ. ib. an simoniacæ. ib. de iis quid in Germania, quid in Gallia. ibi.

Annus, intra quem se ordinari faciant beneficiati, quomodo computandus. 15. *gratiæ* quid olim. 174.

Apostoli definierunt fidei controversias. 197. & seq.

Apostoli in judiciis pro appellationibus quando peti debent. 373. quoties peti possunt. ib. usus abolevit. ib.

Apparitores: eorum officium. 320. citant partes ad judicium 324. Judici tenentur desuper reddere rationem. 325. constituuntur executores sententiæ. 365.

Appellationes ad Romanum Pontificem stabilitæ. 271. & seq. nonnullibi sat repræssæ. 272. & seq. ab abusu in Gallia. 286. Romanæ augentur. 305. à Subdelegato fiunt ad Papam. 307. darentur in Gallia ab abusu, si Judices constituerentur à Papa extra regnum. 309. propter dilationes judiciales quando dantur. 330. dantur, si Judices condemnationem expensarum præteriit. 363. nimiæ infregerunt censurarum vigorem. 368. olim omnino non dabantur. ib. deinde valde restrictæ. ib. ad Concilium provinciale. ib. ad Papam. 369. hæ indiscriminatim frequentari cœperunt. ib. & seq. contra eas S. Bernardus. 370. ad Metropolitas, & Primates. ib. corruptelæ circa illas. ib. & seq. aliqualiter restrictæ. 371. à quanam sententia datur. ib. quoties fieri possunt. ib. circa eas Concordata Galliæ. ib. quænam ab abusu. ib. quomodo fieri debent. ib. à quibusvis Judicibus dantur ad Papam, & quomodo fiant. ib. quoties in eadem causa repeti possunt. 372. quomodo fiunt in judiciis sæcularibus. ib. intra quod tempus interponantur. ib. & seq. extrajudiciales. 373. fiant scripto. ib. pro iis petuntur Apostoli. ib. quando incipiendæ, & quando finiendæ. ib. & seq. quomodo dijudicantur, an sint justæ. 374. expensas pro transferendis actis quis ferat. ib. iis pendentibus nil innovetur. 375. nisi quæ conducunt ad earum prosecutionem. 376. per eas quarundam causarum executio haud suspenditur. ib. per illas transferuntur causæ ad superiorem Judicem. 377. à quibusdam tribunalibus non admittuntur. ib. *ab abusu* in Gallia quænam sunt. 379. & seq. istarum origo. ib. in quibus casibus & coram quo Judice fieri possunt. ib. intra quod tempus interponantur. 380. & seq. an per has violetur jurisdictio ecclesiastica. ib. an, & ex quibus locis admittuntur à Bullis Pontificum. ib. circa majores causas, dum fiunt ad Papam, quænam observanda. 382.

Aqua calida: per eam olim purgatio à crimine. 350.

Arbitri quotuplicis generis. 310. *Juris* quanta gaudent auctoritate. ib. quinam, & in quibusnam causis eligi possunt. ib. quotnam constitui possunt. ib. an ab iis appellari potest. 311. eorum sententia quomodo nunc firmatur. ib. *Juris* circa recusationes Judicum. 381. eorum officium. ib.

Arbitria Ecclesiæ primitivæ circa lites laicorum. 236. quantæ firmitatis. 310.

Archidiaconus: ei competit institutio super beneficiis. 100.

Archivum publicum quodnam est. 337.

Assessor in Curia ecclesiastica. 312. sit Jurisperitus. 313. ejus officium. ib. à quonam alatur. 316.

Attestationes cur rejici possint. 334.

Avaritia devitetur à Clericis. 158.

B

Baptismus hæreticorum an valeat. desuper lis. 284.

Belgium: ejus concordata, & Decreta circa cognitionem bonorum ecclesiasticorum. 254. & 255.

Beneficiatus unde consequatur titulum percipiendi fructus. 2. suæ obligationi satisfacit per alium. 10. ei commendatur humilitas. ib. quam habeat ætatem, & qualitatem. 12. intra quod tempus recipiat SS. Ordines. 15. non recipiens præscriptum Ordinem punitur. ib. & seq. sit scientia ornatus. 17. aliæ pro eo dotes. 18. nequit alienare fructus sui beneficii. 205.

Beneficia dantur propter officium. 1. unde dicta. ib. origo. ib. & seq. definitio. 2. divisio. 5. erectio. ib. divisa in regularia, & sæcularia. ib. quænam illa, quænam ista. ib. in iis conferendis defectus suppleantur. 6. & seq. *regularia* iterum distincta. ib. hæc cui conferenda. ib. & seq. curata an Monachis dari queant. 7. distincta in curata, & simplicia. ib. quænam simplicia. 8. circa simplicia abusus. ib. simplicium suppressio ad erigenda Seminaria &c. quibus conferantur. 10. olim Ordini cohærebant. 11. dein separatim conferebantur. ib. requisitæ pro iis acquirendis dotes. 12. præsertim pro curatis. ib. pro simplicibus. ib. & seq. quoad ætatem dispensari potest. 14. nonnullis Ordo annexus. ib. sed quomodo. ib. & sub qua pœna. 17. conferantur scientia prædictis nonnullibi indigenis. 18. indigni ab iis repellantur. ib. & seq. pluralitas inhibita. 19. etiam propter paupertatem proventum. 20. mala ob ejusmodi pluralitatem or-

orta. 21. dispensatur quoad eam ib. sed quandonam. 22.
dispensandi facultas Pontificii asserta. 23. in commendam
data. ib. ob unionem ad invicem dependentia. 24. in Tri-
dentino contra pluralitatem declamatur. ib. contra eam Con-
cilii Statuta. ib. quænam sunt incompatibilia. 25. distinctio
inter sufficientia sustentationis & insufficientia. ib. & seq.
pluralitas eorum , si sunt in eadem Ecclesia , licita. 27. il-
lorum incompatibilitas quotuplex. ib. quotuplex quoad eam
discrimen. ib. & seq. quando per possessionem secundi amit-
titur primum. ib. in Gallia datur optio ex duobus unum est
eligendi. 28. illius quis fructus percipere potest, in quo re-
sidet. ib. Pontificia dispensatio circa pluralitatem. ib. provi-
sio ordinaria. 32. eorum collatio an actus Ordinis. 34. col-
latio quid sit. ib. acquiruntur quoque per electionem. ib.
& seq. per turnum. 37. provisio fiat intra sex menses. 39.
per devolutionem collata. 40. circa ea institutio à quo fiat.
48. reservata à Papa. 50. in Curia vacantia reservantur. 51.
& 53. an omnium Dominus sit Papa. 51. de reservatis De-
cretum Concilii Basiliensis ib. Tridentini. 52. distinctio in-
ter vacantia in Curia , & vacantia apud Sedem Apostolicam.
54. à reservationibus exempta. 57. alternativa. 58. circa ea jus
præventionis. 59. de iis provisiones Papales. 62. fiunt du-
plici formula. ib. eorum valor est exprimendus pro obti-
nendis Papæ gratiis. 68. litigiosa quomodo conferuntur. 71.
vi Regaliæ conferuntur. 91. quomodo in Gallia. 93. & seq.
ad ea quoque Rex Galliæ nominat tum ex indulto Pontifi-
cio. 164. tum via recta. 95. eorum collatio an Principibus com-
petere possit. 97. conferantur dignioribus. ib. eorum insti-
tutio, & possessio. 98. Regula Cancellariæ trigesima quin-
ta de annali. 105. & triennali illorum possessione regula tri-
gesima sexta. 106. ne nimium appetantur. 107. & seq. per-
mutatio , & resignatio. 108. in iis accessus , & regressus re-
jiciuntur. 119. pensiones super iis constitutæ. 120. minus
dimittere , ut obtineatur majus , simoniam sapit. 123. quæ-
nam pensionibus onerari possunt. 125. & seq. eorum unio.
133. unitorum dissolutio. 140. circa ea vendere est semsi-
monia. 142. beneficia per eam obtenta ipso jure vacant. 154.
per simoniacum. 155. sic obtenta à simoniacis statim dimit-
tantur. 157. in eorum provisione devitetur acceptatio per-
sonarum. 159. quænam sint dotes ad ea requisitæ. ib. & 160.
& seq. conferantur digniori. 161. in iis distribuendis quanta
circunspectio adhibeatur. 163. eorum inæqualitas quoad
proventus multum nocet. 164. lites ea tangentes dijudicat
Judex ecclesiasticus. 163. eorum causæ à quonam decidun-
tur

tur tam in possessorio , quam in petitorio. 257. lites circa
ea ortæ quomodo in Germania deciduntur. 260.

Blasphemia à quibus committitur. 299. contra eam pœnæ. ib.
tam civiles , quam ecclesiasticæ. ib. & seq.

Bona ecclesiastica quomodo olim administrata , & divisa. 2.
& seq. an pueri ex iis alantur. 13. & seq. olim erant non
adeo multa. 165. de iis Clericis quondam non vixerunt. ib.
discernantur à patrimonialibus. ib. quid sunt. 167. unde
provenerunt Ecclesiis. ib. quem in finem adhibeantur. ib.
administratio cui competit. 168. an ex iis vivere possunt
Clerici alias divites. 169. ea quoque possedit Christus. 170.
olim fuerunt tripartita. 171. quilibet beneficii Possessor
administrat. ib. ob ea aucta corruptelæ. ib. ex iis acquisi-
tis an aliis quid donari queat. 162. & seq. Clericorum sine
testamento defunctorum obveniunt Ecclesiæ saltem sic
olim. 178. non fuerunt exempta à tributis. 260. singulis con-
ceditur immunitas. 200. sed nunc est restricta. ib. & seq.
non teneantur à laicis. 202. ex iis quinam alantur. ib. eo-
rum administratio Episcopis incumbit. 203. Œconomus pro
iis. ib. quæ nunc Episcopis competunt circa illa. 204. eorum
administratio penes quemlibet beneficii possessorem. ib. eo-
rum alienatio quomodo fieri potest. 205. illorum alienatio
quomodo permissa. 207. eorum quarta pars pro pauperibus.
212. an à jurisdictione civili sunt exempta , & qualis ubivis
praxis. 254. & seq.

Bullæ Pontificiæ nimis dispendiosæ. 67. pluribus clausulis af-
fectæ. 70. in Gallia revidentur. 199. & seq.

C

Cœmeterium idem , ac dormitorium. 226. benedicitur. ib. con-
tiguum , ac remotius. ib.

Calumniatores : contra eos pœnæ. 300.

Canonicatus quibusnam conferantur in Ecclesiis Collegiatis. 12.
in Cathedralibus. 13. nonnullis Ordo annexus. 14. non plures
possideantur ab eodem. 20. quinam incompatibiles. 25. quan-
do cum dignitate possideri possunt. 27. à quonam conferan-
tur in Ecclesiis tam Cathedralibus quam Collegiatis. ib. &
seq. eos possidere incipiens faciant fidei professionem. 102.

Canonici : inter eos olim annus gratiæ receptus. 174.

Capellani ad chorum olim adstricti. 9. & seq. eorum nomen
quondam viluit. ib.

Capellania inter beneficia simplicia. 8. ubi erectæ. ib. quibus
conferantur. 12. & seq. nonnullis Ordo annexus. 14.

Capellæ reputantur inter beneficia simplicia. 8. Palatinæ. ib. ubi erectæ. 8. non erigendæ sine consensu Episcopi. ib.

Capitulum Cathedrale consulere aliquando debet Episcopus circa collationem beneficiorum. 33. nonnullibi confert suos Canonicatus se solo. ib. quid ei competat circa eorum collationem Sede vacante. 34. ejus partes in electionis negotio. 36. & seq. per turnarium. 37. quando jure eligendi privatus. 39. Sede vacante beneficia unire potest. 135. Episcopo assistit circa administrationem bonorum ecclesiasticorum. 204. S. V. œconomum constituit. 205.

Captivi : eos Episcopi consolentur. 347. exemptio invixa 422.

Carcer : ei quinam includi possunt. 345. & seq. non est ad pœnam, sed custodiam. 346. Judices eum sæpius visitent. ib. quinam debitores ei includi possunt. 366. ab eo liberat cessio bonorum. ib. in Monasteriis. 384. & seq. in Pretoriis Episcoporum. ib.

Causæ civiles, laicorum apud quos agitandæ in primitiva Ecclesia. 235. & seq. Clericorum. 242. in quibusnam Clerici subjiciuntur tribunali sæculari. 244. quænam mere ecclesiasticæ & quænam mixtæ. 247. meræ ecclesiasticæ ad forum ecclesiasticum pertinent. 248. spiritualibus annexæ reservantur tribunali ecclesiastico. 250. beneficiales quomodo dijudicandæ. 257. criminales Clericorum. 263. majores & minores Episcoporum à quo dijudicandæ. 273. majores Sedi Apostolicæ reservantur. 286. criminalium instructio. 341. in eis quando fit conclusio. 357. illarum examen à duo fiat. ib. dubiæ cui debent adjudicari. 361. in iis decidendis generales regulæ. ib. & seq. in iis decidendis generales regulæ. ib. & seq. in quibusnam causis non admittitur appellatio. 376. quandonam evocari possunt ad aliud tribunal. 381.

Censuræ, an eis locus quoad executionem sententiæ. 368. & seq. vigor earum imminute per appellationes. 367. eas contemnentes impelluntur exilium. 385. divisio, & definitio. 389. & seq. quis eas ferre potest. ib. illas ferendi potestas vi præscriptionis acquiri potest. 390. qui illis affici valent. ib. publicari etiam debent à Regularibus. ib. prima est excommunicatio. ib. in iis vitentur indiscretio, atque injustitia. 394. non injungantur pro occultis delictis. ib. injustæ non nocent, sed potius prosunt. ib. an injustæ contemni possunt. 395. irrogantur tantum contumacibus. ib. & seq. post trinam monitionem. 396. quales, & quando irrogentur. 397. & seq. in quibus casibus vetitæ. 398. nimium frequenter adhibentur. 399. forma, & ritus eas ferendi. 400. & ib. antiquus ab eis absolvendi modus. 405. quis nuncupabilis absolvere potest. 406. & seq. à Papæ reservatis quis absolvit. 407.

Cessatio à divinis sine ritu contingit. 404.

Cessio bonorum debitores liberat à carcere. 366. quomodo fit. ib. non liberat à debito. 366. quinam ad eam tenentur. ib.

Chorus : pro ejus Psalmodia aluntur pueri. 13. & seq.

Cistercienses : privilegium eis circa Decimas datum. 184. nonnullibi tenentur ad solvendas Decimas, & nonnullibi non. ib. reprimuntur ob exemptiones. 416.

Citatio. ad judicium à quo, & quomodo fiat. 323. est multiplex. 324.

Clerici quomodo olim sustentati. 1. & seq. singuli cuinam olim Ecclesiæ adscripti. 3. sint humiles. 10. fugiant avaritiam. 21. illorum hypocrisis detestanda. 31. olim consulti ab Episcopo quoad distributionem beneficiorum. 32. non recipiant beneficia sine consensu Episcopi. ib. sint obedientes in suscipiendis Ecclesiæ oneribus. 49. defendant jura Ecclesiæ. 91. sint paupertatis studiosi. 132. fugiant ambitionem. 142. fugiant avaritiam. 165. an olim viverent ex bonis ecclesiasticis. 158. eorum peculium. ib. faciunt fructus beneficii suos. 166. sed quinam. ib. ad eos monita S. Bernardi. ib. iis incumbit administratio bonorum ecclesiasticorum. 168. sed qualiter. ib. & seq. an divites ex rebus Ecclesiæ vivere possint. 169. an de acquisitis bonis ecclesiasticis testari possunt. 171. eorum sine testamento defunctorum bona cui competunt. 172. eorum hæredes ad quid tenentur. 173. sint misericordes erga pauperes. 174. olim sat pauperes vivebant ex labore manuum. 197. eorum immunitas personalis quomodo obtenta. ib. non tamen fuerunt exempti à tributis. 198. illorum quoque bonis privatis conceditur immunitas. 200. ipsorum bona patrimonialia estimantur nunc, sicut bona laicorum. 201. tantum eis superest immunitas personalis. ib. in suis Ordinis vestibus sepeliantur. 223. olim corpora defunctorum ad sepulturam deferebant. 228. eorum lites civiles. 241. non cito provocent ad processus forenses. ib. & seq. in causis feudalibus subjacent judicio sæculari. 244. in quibusnam causis subduntur tribunali sæculari. ib. & seq. iis olim demandabatur executio testamentorum. 251. olim soli docti. ib. & seq. ipsorum testamenta cui demandentur. 257. eorum bona, & qualia sunt à jurisdictione ecclesiastica exempta. 253. & seq. ipsimet optant altercari coram Magistratu sæculari. 260. & seq. eorum delicta à quonam punienda. 263. sine Episcopi consensu nullus capitis

damnari potest. 265. & seq. eorum delicta sunt laicis scandalo. 267. non capiantur per lictores &c. ib. si captus, & requisiti non restituantur Episcopo, cessetur à divinis. ib. subjiciuntur Judicibus sæcularibus in casibus privilegiatis. ib. si capiuntur in veste sæculari, à quo judicandi. 268. quidam gaudent privilegio fori. 269. difficilis, & rara pœnitentia. 274. & seq. concubinarii, & contra naturam peccantes quomodo puniendi. 298. & seq. contra usurarios pœnæ. 301. non sint Advocati in judiciis. 315. nec Syndici. 318. exempti à foro sæculari. 322. juramentum calumniæ iis olim remissum. 328. an admittantur tanquam testes in judiciis. 331. quomodo olim se purgabant per juramentum. 353. eorum delicta sunt gravissima. 354. an eorum bona sint exempta ab executione sententiæ. 366. lapsis injungitur reclusio in Monasteria pro pœna. 384. & 386. & seq. carcer etiam. 384. Ecclesia rebelles pelluntur in exilium. 385. item ex Diœcesi amandantur. ib. delinquentes flagellis ceduntur. ib. & seq. eorum degradatio. 386. supplicio mortis puniendi degradantur. ib. in Gallia sine degradatione morti traduntur. 387. rei suppliciis non submittantur. 388. ob eorum percusionem qualis excommunicatio incurritur. 397. eorum olim pœnitentia. 410.

Clerus. Palatinus quisnam. 8. Gallicanus increpatur ob neglectam defensionem libertatis ecclesiasticæ. 93. Papa dispensante tenetur solvere Decimas Principibus. 201. & seq. luxus emendetur. 211. privilegium fori. 242. sit pacificus. 261.

Cluniacenses nimium affectant exemptiones. 416. an iis concessæ sint. 419.

Collatio beneficiorum an actus Ordinis. 34. qua forma fiat. ib. quid sit, & quotuplex. ib. quomodo probanda. 35. per electionem. ib.

Commendæ beneficiorum quomodo invaluerunt. 23. circa eas abusus. ib.

Communio inter fideles per literas. 390.

Competentia: ejus beneficium quibusnam debitoribus competit. 366. & seq.

Compromissum quomodo in electionibus. 37. in arbitros. 311. quotupliciter. ib. jurata. ib.

Concilium Provinciale Judex Episcoporum. 271. an ejus judicium innovari possit. ib. & seq. an sine Papæ consensu convocari possit. 273. quæ ibi Episcoporum causæ dijudicari possunt. ib. ab Episcoporum sententia ad illud datur appellatio. 368. ac id dabatur olim recursus ab injuste excommunicatis. 406.

Con-

Concordata Galliæ jus præventionis circa beneficia Papæ asserunt. 61.

Concordata Germaniæ quid de collationibus beneficiorum 34. eorum interpretatio de alternativa. 58. quid statuunt de Annatis? 69.

Concordata Principes inter, & Episcopos circa jurisdictionem. 240.

Concubinæ olim in duplici specie. 297.

Concubinatus: cognitio de eo est mixti fori. 297. eo olim tecta alia scelera. ib. proscribitur. ib. pœnæ in eum. ib.

Concursus ad Parochiales Ecclesias. 42. quomodo fiat. ib. & seq. quænam Ecclesiæ ab eo exemptæ. 44. in illo à quonam examen instituatur. ib. dignior seligatur. 46.

Confessarius quomodo dispenset cum simoniacis quoad restitutionem fructuum. 157. alia illius obligatio. 158.

Confraternitates sunt licitæ. 220. & seq. aliæ laicales. 221. pro iis specialia Sacella, aut Altaria. ib. earum finis. ib. non eriguntur sine consensu Episcopi. ib. laicorum visitari possunt ab Episcopo. ib. & seq. pro educandis pueris. 222.

Confrontatio quid sit. 347.

Consanguinei an præ reliquis ad beneficia promoveri possint. 160.

Correctio: ab ea quando datur appellatio. 376.

S. Cyprianus: ejus contentio cum S. Stephano circa baptismum hæreticorum. 284. exitus hujus litis. ib. & seq.

D

Debitores quomodo ad solvendum compelluntur. 365. & seq. quid agendum cum obæratis. 366. an incarcerandi. ib. an eos liberat à debitis cessio bonorum. ib.

Decani rurales instituunt in beneficia per suum districtum. 100. ad eos Episcopi remittunt examen causarum ad alienanda Ecclesiæ bona. 209. repetere possunt Clericorum à Judice sæculari captum. 267.

Decimatores: iis incumbit alere Parochos, Vicarios Parochiales. 192.

Decimæ quid sint, attendatur. 175. earum origo. ib. an olim fuerint præceptæ. 176. an sint juris divini. ib. an in Oriente admittantur. ib. earum diversitas, & ex quibus dentur. ib. quomodo dividuntur. ib. quænam regulæ circa ea attendantur. 177. earum administratio olim penes Episcopos fuit. ib. nunc obvenerunt singulis Parochis. ib. cui solvat is, qui tam in hac, quam in alia habitat Parochia. ib. & seq. jus deci-

ci-